Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift

unte insolubilis. Et ecce sacerdos in perpetuum. Ecce perpetuitas
sacerdotis. Et de testamento illo dicit quod uetustum est. Quod autem
uetere et senescit et senescit, proximum est interitui. Hoc autem testamen
tum nouum et remissionem peccatorum habens. Illud autem nihil
habuimus. Nihil quippe perfecit lex inquit. Et iterum. Sacrificium
et oblationem noluisti. Illud quidem manufactum. Hoc autem
non manufactum. Illud quidem sanguinem hircorum habebat. Hoc
autem dominum. Illud quidem stantem sacerdotem. Hoc autem sedentem.
Quo igitur cuncta illa minora sunt. Hec autem maiora, propter
inquit habentes igitur fratres fiduciam. Vnde. Sic enim confusionem
facimus peccatis. Sic fiduciam omnium peccatorum. Et quod cohere
des effectu sum. Et quod tanta dilectione frumur. In unitum
inquit sanctorum. In unitum hic celum dicit. Et accessum ad spiritalia.
Quam dedicauit. Hoc est quod extruxit. Quam preparauit et quam uinci
auit. Dedicatio quippe dicitur uinum uitendi. Quam preparauit
inquit. Et per quam preexit uiam nouam et uiuam. Hic satisfactionem
spei declarat nouam dicens. Conatur enim ostendere cuncta
maiora nos habere. Siquidem nunc apte sunt porte celi quod
neque ad altitudinem pertingit. Hiam nouam dicit uiuentes; uiam illam
uocauit hoc est precepta. Dicit permanentem inquit per uelamentum
carnis sue. Hec quippe caro sedebat primo uiam illam. Ipsam autem
dedicauit nouam dedicauit autem illam hac ratione quod ipse
in ea preexit. Velamentum autem merito uocauit. Cum enim eleua
tus est in excessum tunc apparuerunt celestia. Accedamus
itaque inquit cum uerace corde. In quo accedamus. Scilicet fide.
spiritali cultura. in uerace corde in satisfactione fidei